

ТАБЕЛИ СОИЗВЕЩАЮЩАЯ
О СЛУЖБЕ И ДѢЛѢХЪ
ПОСЛАВЕННАГО ЦАРИ
И ЦАРИЦЫ АЛЕКСАНДРА
И АЛЕКСАНДРЫ ПАВЛОВИЧЪ
ВЪ ПЕРІОДЪ СЪ 1800 ПО
1810 ГОДЪ

cam ne subterfugite! Qui animum in nagie
ipfis Calendis Juniis A. C. M DC LXII



RECTOR ET SENATUS CONCILII PER- PETUI IN ACADEMIA LIPSIENSI.



*I*mpunitum esse, inter mala connumerari & dicitur & auditur, ut ut id primo verbo negendū, qui paria pessimis vel audent, vel in pessima jam abducti sunt. Ut enim maximum omnium bonorum est NIHIL omnino PECCARE: Ita *διὸ τιμὸν ἀποδοῦναι, τοῖς δίκαιοις βίωσι.* Quisquis autem alteri injuriam faciens pœna expers manet, cum par est haberi infelicissimum, qui neque DEO, neque homini cura sit. Hic enim finis, hic scopus eorum omnium, qui DEI vices in terra rectè gerunt, ut non tam suam in puniendo tueantur dignitatem, quàm ut eos qui vel fortuito, vel ex occasione delingunt, attentiores & meliores reddant, eorumque exemplo ceteri similibus à peccatis, quæ prohiberi publicitus interest, metu cognita pœna deterreantur. Aliàs illi ipsi qui Magistratus loco sunt, non à corruptis tantum; sed & virtutis cognita viris, in eodem haberentur pretio, si gratiosi ipsis essent illi iisdem vitiis, quibus nocentes sunt, cum maxime pœnarum intermissione non tantum majorem insolentiam, tumorem & arrogantiam in malis ingeniis creent; sed & conniventia ista scelera augeant, ansamque peccandi reliquis largam manu porrigant. Quo ipso duplicem committunt culpam in se & alios, quos plerumque inemendabiles faciunt. Nos ut extra noxiam simus, & ne ulterior suspicio Professorum innocentiam rumoribus obnoxiam decoloret, sequentes studiosos, qui non vultu tantum pietatem laserunt, sed & ejus jura sancta, publicè perveritate & malitia violarunt, impunè dimittere non possumus. In ipsa quidem causa dictione unus & alter conciliaturas exercere voluit, suam verò petulantiam eluere non potuit. Quis autem hinc nescit,

JOHANNEM HEINRICUM Göttele Bruasvicensem, intramuri terminos, imò intra ades foro contiguas impetum in alios fecisse & gladium insolenter strinxisse;

JACOBUM HEINRICUM Genth Hallensem, alios pecuniâ emunxisse, manus aliis injecisse & talitris eos excepisse, animoque gladiatorio multos provocasse, nec dimicasse solum, sed & aliis autorem fuisse, ut in aliorum faciem irruerent;

ALEXANDRUM PAULUM Goch Numburgensem quoque, studiosorum quendam fuste in publico male tractasse, præterea hunc maxime juniorum fortunulas involasse, quastumque suo ingenio alienum & inhonestum occipisse, commilitonum etiam symbolas in certum finem spontè collatas ad se in privatum usum servocasse, & sic ignobilissimam argentariam fecisse. Quæ omnia cum non possint non bonis displicere. Ideo dictum

JOHANNEM HEINRICUM Göttele pertinaci obstinatione leges quoque nostras & arresti nexum eludentem à societate nostra in perpetuum excludimus.

JACOBUM HEINRICUM Genth ut &

ALEXANDRUM PAULUM Goch ad Triennium


hinc proscribimus, eo fine, ut hoc quod errarunt hætenus adhibita correctione imposterum tollant. Reliqui verò horum vitam, facta, & pœnam intuentes, exemplum sibi sumant, ne & ipsi in pietatem, in honestatem, in leges peccando pro mercedis cumulo & læsam conscientiam & pœnam auferant, P. P. XXII. Decembr. An. M DC L.

cam ne iudertogite / Qui animum in hagit
ipfis Calendis Junis A. C. M DC LXII

Handwritten text, possibly a signature or date, located in the upper left quadrant of the page.

Main body of handwritten text in a cursive script, oriented vertically on the page. The text is significantly obscured by large, irregular water stains that cover most of the page's surface.





RECTOR ET SENATUS CONCILII PER- PETUI IN ACADEMIA



*ptis tantum; sed & virtutis cognita viris, in eodem haberentur pretio, si gratiosi ipsis essent illi iis-
dem vitiis, quibus nocentes sunt, cum maxime poenarum intermissione non tantum majorem insolentiam, tumorem &
arrogantiam in malis ingeniis creent; sed & conniventia ista scelera augeant, ansamque peccandi reliquis larga
manu porrigant. Quo ipso duplicem committunt culpam in se & alios, quos plerumque inemendabiles faciunt.
Nos ut extra noxiam simus, & ne ulterior suspicio Professorum innocentiam rumoribus obnoxiam decoloret, se-
quentes studiosos, qui non vultu tantum pietatem laeserunt, sed & ejus jura sancta, publica perveritate & mali-
tia violarunt, impunè dimittere non possumus. In ipsa quidem causa dictione unus & alter conciliaturas exercere
voluit, suam verò petulantiam eluere non potuit. Quis autem hic nescit,*

JOHANNEM HEINRICUM Göttele Brunsvicensem, intra muri terminos, imò intra ades foro cor-
tiguas impetum in alios fecisse & gladium insolenter strinxisse:

JACOBUM HEINRICUM Gens Hallensem, alios pecunià emunxisse, manus aliis injecisse & talitris
eos excepisse, animoque gladiatorio multos provocasse, nec dimicasse solum, sed & aliis autorem fuisse, ut in
aliorum faciem irruerent:

ALEXANDRUM PAULUM Goch Numburgensem quoque, studiosorum quendam fuste in publico male
tractasse, praeterea hunc maximè juniorum fortunulas involasse, quastumque suo ingenio alienum & in-
honestum occepisse, commilitonum etiam symbolas in certum finem spontè collatas ad se in privatum usum
sevocasse, & sic ignobilissimam argentariam fecisse. Qua omnia cum non possint non bonis displicere. Ideo
dictum

JOHANNEM HEINRICUM Göttele pertinaci obstinatione leges quoque nostras & arresti nexum
eludentem à societate nostra in perpetuum excludimus.

JACOBUM HEINRICUM Gens ut &

ALEXANDRUM PAULUM Goch ad Triennium

hinc proscribimus, eo fine, ut hoc quod errarunt haecenus adhibita correctione imposterum tollant. Reliqui verò
horum vitam, facta, & poenam intuentes, exemplum sibi sumant, ne & ipsi in pietatem, in honestatem, in leges pec-
cando pro mercedis cumulo & laesam conscientiam & poenam auferant, P. P. XXII. Decembr. An. M DC L.

cam ac iudicaverit? Qui animum in nage
ipsis Calendis Junis A. C. M DC LXII